


num, à seculo usque in seculum, quia sapientia & fortitudo ejus sunt: & ipse mutat tempora & ætates, transfert regna, atque bonis constituit piisque, dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinamque, ipse revelat profunda. atque abscondita, & novit in tenebris, constituta, & lux cum eo est; Tibi DEUS Patrum meorum confiteor, Teque laudo, quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & nunc ostendisti, quæ rogavimus (ego & anima nempe mea) te, & benedictus DEUS hæc sua sapientia mirabiliter ordinavit. Domine apud te est fons Vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Domine DEUS meus, sis benedictus in æternum. Scientia hæc DEI non peribit, beati qui tenuerunt illam, cum scientiam qui hanc invenerit, cibus ejus est legitimus & sempiterna per Gloriam sempiterni DEI & Filii sui unigeniti JESU CHRISTI in SPIRITU SANCTO, AMEN.



Chy